



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Specvlo Clericorum. VXXV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

deceptoribus, sed deceptis iura subveniunt. Vnde per ea, quae superius proposita sunt, se contra factum proprium legitime defendere non valebant, hospitalare praedictum pertinentius suis hospitalariis sancti sepulchri adjudicare curavimus. Ita quod per hanc sententiam dioecesano Episcopo & plebano de Piscia nullum prejudicium generetur: cum res inter alios acta non debeat alius prejudicium generare.

[ 1 Et haec omnia proponet sufficiens per dispositions testum proditorum. Ad hac vero parte altera multipliciter respondentie luncinde sicut aliquandiu disputatione.]

## CAP. IX.

Donatio quinquagesima vel centesima, quam facit Episcopus cum gravi ecclesia sua detrimen, potest legitime revocari: nec etiam potest ultra quinquagesimam vel centesiman conferre, etiam cessante lafione ecclesia sine auctoritate superiori.

Idem Episcopo sancti Andrea.

A Postolicæ sedis oraculo b: [ 1 & infra.] Inquisitioni taliter respondens, quod licet sit in canone & definitum, ut si quis Episcoporum in parœcia seu monasterium construere voluerit, & de rebus ecclesiæ, cui præfider, ipsum doare, non amplius ibidem, quam quinquagesimam partem ecclesia verò quam monasticis regulis informare, vel pro suis propriis magnificare voluerit sepulturis, non amplius, quam centesimaliam partem census ecclesia cui præfet, debeat largiri: quia tamen in eodem canone consequenter adjungitur, ut hac a temperamento aquitas obseretur, quod cui tribuit, competens subsidium conferat: & cui tollit, damnatio gravia non infligat: ea quidem cautelarvata, ut unam tantummodo que placuerit ex his duabus, remuneracionem afflumat. Hoc semper est observandum, quod unus Episcopus vel alius non solum non debet amplius, sed nec tantum, nec minus cum gravi ecclesia sua detrimen conferre, sive simul & semel id facete velit, sive plures successive eisdem vel diversis ecclesiis conferendo. Vnde cum grave detrimentum sive de possessionibus sive de preventibus ad Episcopalem mensam vel cathedrali ecclesian pertinenteribus, in quantilibet portione constituerit esse collatum, potest legitimè revocari, nisi præscriptione vel alia exceptione legitima actio hujusmodi excludatur. Nam eti prima facie presumatur, quod collatio quinquagesima vel centesima pars grava non inferat detrimentum, quia tamen non solum si sapè, sed etiam si lemeli id fiat, ex variis circumstantiis deprehendi potest interdum validè damnum: quod quidem magis potest ex ostensione facti, quam expressione aliquius statuti cognosci: nec quinquagesima, nec centesima semel aut successivè debet cum gravi ecclesia damno conferri. Si verò in tantum abundet Episcopus, ut sine damno ecclesia sua possit amplius etiam, quam per quinquagesimam vel centesimam partem necessariè alterius ecclesiæ subvenire, quamvis per se non debeat summam excedere à canone præfinitam, per quam inquit largiri voluntibus est occursum: de superioris tamen auctoritate [ Pontificis f ] potest etiam in majori summa in opere alterius provideri.

[ 1 Cum plerunque contingat quod Episcopi successivi loci religiosi derelictibus qui pertinent ad eosdem ultra quinquagesimam conferant portu[m], ita quod interdilectum usque ad tertiam partem vel quartam, interdum verò plus minusve huiusmodi redi-

a. Vid. l. transaktionem c. de patr. & l. si pector. ff. de jud. & l. summa. 4. patr. ff. de pat. b. Cap. 6. eod. titul. in 3. compilat. c. Hunc canonem habet in concil. Tolet. cap. 3. referit Grat. 12. q. 2. c. 73. incipit bona rei. Eius canonicus verba hic inservit linceo. usq[ue] ad vers. Hoc semper. d. ut per hoc temperam. e. eidem. f. Vox Pontificis, deest in versionib[us]. Codice.

tus minuantur: tua frat. nos consuluit utrum successoribus erundis ea qua taliter fuerunt ultra quinquagesimam portionem conessa, b[ea]t[us] aliquatenus revocare. Nos igitur.]

## CAP. X.

Donatio potest per donationem non per baredem eius, quicunque, ob ingratisitudinem donatarii revocari, in casibus hic expressu.

## Gregorius XI.

P Ropter eius ingratisitudinem, in quem liberalissimæ collata, donatoris persona de rigore juris eam potuit revocare. Si forte in ipsum impia manus impetrerit b, aut fibi atrocis injuriis, seu grave rerum suorum damnum, vel vite periculum inferte presumperit. Quod tamen ad donatoris, qui hoc tacuit, non extenderit successores.

DE SPECVLO CLERL  
corum.

## TITVLVS XXX.

## CAP. I.

Quæstionum à restore ecclesia tempore promotioni nō habent, presumuntur de bonis ecclesia quæstionum.

Ex concilio Arelatense.

I Nvestigandum d est, si nihil patrimonii habens Presbyter, quando promotus e est ad ecclesiasticum ordinem f, postea emerit prædia, cuius juris sint: quoniam ecclesia, ad quam nihil habens promotus ea, etc debent juxta canoniam auctoritatem.

## CAP. II.

De emptis per prælatum de bonis ecclesia, debet instrumentum confici nomine ecclesia, alias debet prælatus ab administratore removetur.

Ex codem.

P Resbyter g cum diœcesim tenet: de his h, quæ sibi peremitterit, ad ipsius ecclesie nomen scripturam faciat: aut ab ejus ordinatione discedat.

## CAP. III.

Quæstionis per Episcopum post consecrationem suam, ecclesia relinqua sicut.

Ex epistola Pii Papa.

V T unusquisq[ue] k Presbyter res, quas post dies ecclesiæ creationis adquiruerit, propriæ ecclesiæ relinquit.

## CAP. IV.

Empia per prælatum ex emolumentu ecclesiæ, efficiuntur ecclesiæ, licet prælatus emerit nomine alieno.

Ex concilio Rhemensi.

Inquirendum est, si quis m Presbyterorum de redditibus ecclesiæ, vel oblationibus, vel votis fidelium alieno nomine res comparavit n: quia sic nec suo, ita nec alieno nomine Presbyter fraudem facere de facultibus ecclesiasticis o debet, quoniam hoc sacrilegium p est, & per crimini luctu furis, qui facias oblationes asportabat & surabatur.

a. Vid. l. 1. & 2. C. de lib. & eorum liber. b. Iogart. c. In concilio editis nondum inveni. Burchard. lib. 3. Decr. cap. iii. & lvo part. 3. ca. 49. d. Cap. 1. eod. titul. in 3. compilat. e. prelates. f. alt. si pector. g. Capit. 2. eod. titul. in 3. compilatum. h. debet. i. Videatur sumptum ex concilio Carthaginensi. 3. cap. 44. Refert Burchard. lib. 3. decr. cap. 12. lvo part. 3. cap. 56. Grat. 12. quæst. 3. c. i. k. Cap. 1. eod. titul. in 3. comp. l. In concilio imperij nondum inveni. m. si aliquis Presbyter. n. comparaverit. o. ecclesia. p. sacrilegum.

## CAP.

## C A P . V .

Melioratione falle per pralatum in rebus ecclesiis, sicut sua in vita, quam fidemur at beneficium: sed de his testari non potest. h.d. secundum intellectum sicut notabilem.

Ex concilio Toletano.

**S**i quis sanè b' clericorum agella vel vineolas in terra ecclesie sibi fecisi probabitur sustentande vitę causā, usque ad diem obitū sui possidet: verū post suum decessum ecclesie restituit, nec testamentario auctoritate, sive iure cuiquam heredum proharedium relinquit, nisi forsan cui Episcopis proles servitis ac præstatione ecclie largiri voluerit.

DE TESTAMENTIS ET  
ultimis voluntati-  
bus.

## TITVLVS XXXI.

## C A P . I .

Episcopus de rebus patrimonio, salibus testari potest, de rebus vero ecclesia, sicut intuitu ecclesie quae sit, testari non valeret.

Gregorius IX. Antonio Subdiacono.

**Q**uodcumque sicut ad nos relatione pervenit, quod Atellane civitatis Episcopus condito Testamento in oculis uincit substantia sua nunc ha- redem induxit, ecclesiam suam in residuis quatuor. Horum iugur, ut sollicitate hoc discutias, & quicquid ipsius habuisse patuerit, à qualibet persona detinere talatum patiaris, nisi hoc solum à quodcumque ante Episcopatus ordinem proprium habuisse constituerit. Quicquid vero ecclesie ante ipsius consecrationem tuisse cognoveris, vel in Episcopatus ordine prædictum Episcopatum adquisivisse e, in ejusdem ecclesie domino conferetur.

## C A P . II .

Abbatissa testari non potest, etiam si nunquam induisset habi- tum Monachalem.

Idem.

**Q**uia ingredientibus: & infra. Gabina f' Abbatissam conquista est, s. quandam Abbatissam monaste- riū, postquam regendi suscepit officium, condito testamento legata reliquise, dicens eam, usque in diem obitus sui non induisse habitum Monachalem, sed in vestibus, quibus utuntur loci illius g' Presbyteri permanesse, sicut & illa quae ante ipsum fuerat Abbatissam, & hoc penè ex conjectudine licuisse: & infra. Necesse- rium ego vixum est, postquam Abbatissam ordinata est, & in monasterio per annos plurimos usque ad obitum, pizuit, vestis qualitatem ad culpam foris Episcopi pertinere, qui eam sic esse permisit, non tamē potius prejudicium monasterio irrogare, sed res ipsius eidem de jure quo illi ingressa & Abbatissam constituta est, de jure competere.

## C A P . III .

Sintra annum à die nominis eius non fit executio Testamenti per deborem exequi, devolvatur executio ad Episcopum.

Idem h.

**N**os quidem: & infra. Pervenit ad nos s. de hac lu- ce migrante suprema voluntatis elogio i' mona- strium præcepisse fundari: cuius desiderium à T. re- ligiosa formata ejus herede protrahitur. Quamobrem

a Concil. Toletan. 2. b Cap. 4. & cap. 7. eod. tit. m. 1. compil. c Cap. 1. eod. tit. m. 1. compil. d Beat. Thom. 2. 2. q. 133. art. 6. & 7. & ibidem Cajetani: & eam. Trident. s. 25. de reform. cap. 1. e adquisisse in antiqu. f Sabina ab. questi. g ipsius. h Scritto Gregor. Lomar. Episcopo Caralitanu l. 3. epist. 10. regist. & v. 12. eod. tit. m. 1. comp. i eulogo.

te hortamus, ut eam commoneas, quatenus intra an- num monasterium, quod iussum est, debet ordinare, & cuncta secundum voluntatem defuncti sine altercatione construere. Quod si inter prædictum tempus sive in lo- co, quo constitutum fuerat, seu si ibi non potest, & alibi placet ordinari, secum implere neglexerit: tunc per te ex- dificetur, & omnia per eum loco ipsi sive diminutione qua- liber adfigentur. Si enim secundum piissimas leges dia- latas defunctorum pias voluntates Episcopali decens est studio adimpleri.

## C A P . IV .

Debetur legatum quamvis nudi verbis à testatore sit relatum.

Idem a Petro Subdiacono.

**I**n dicente: & infra. Cognovimus R. referente quod moriens uxor redempti b' concham argenteam nudis verbis iussit venundari, & suis dare libertis, & scutellam argenteam cuidam monasteriu' reliquise. In quibus voluntatem ejus per omnia volumus adimpleri.

## C A P . V .

Non debetur legatum, cum testator rem non suam, sed ecclesie le- gavit. b.d. simpliciter inherendo litera.

Idem T. Episcopo.

**F**ilius noster F. conquerens est, quod quondam P. pater suus aliqua ecclesie vestra sepultura sua gratia juris alieni reliquit. Et quidem leges feculi habent, ut hantes ad solventium cogantur, si auctor eius rem legaverit alienam: sed quia lege Dei, non autem lege hujus feculi vivimus, valde mihi videtur injustum, ut res tibi legatz, quae cujusdam ecclesie esse perhibentur, à te teneantur, qui aliena restituere debuisti.

## C A P . VI .

Heredes non adimplentes iusta testatoris, ab Episcopo interdicuntur res a testatoris relata. b.d. inherendo litera.

Ex Concilio Maguntino.

**S**ed heredes justa testatoris non adimplerint. Ab Epis- copo loci illius omnis res, quae eis relictā est, canonice interdicuntur cum fructibus & ceteris emolumentis: Vota defuncti adimplentur d.

## C A P . VII .

De bonis per ecclesiam adquisiti, clericis testari non possunt.

Ex concilio Lateran. e.

**C**um in officiis caritatis primo loco illis teneamus obnoxia, à quibus beneficium nos cognoscimus rece- pisse, contra quidam clericū cum ab ecclesie suis mul- tabilibus beneficiis percepimus, bona per eas adquisita, in alios transferre præsumunt. Hoc igitur, quia antiquis cano- nibus constat inhibitum, nos indemnitati ecclesiarum provideat volentes, sive intestati deceperint, sive alii s' conferre voluerint, penes ecclesias eadem bona præcipi- mus remanere.

## C A P . VIII .

Moderatam elemosynam de bonis per ecclesias adquisiti cleri- ci facere possunt, etiam in agritudine confituti.

Alexander III.

**A**d hanc g' præsentibus innocentiat, quod clericū de mo- bilibus que per ecclesiam sunt adepti, de jure testari non possunt. Viventes tamen & sui compotes moderatè valent aliqua de bonis ipsius non ratione Testamenti, sed elemosynam intuitu erogare in agritudine constituti.

## C A P . IX .

De bonis propriis, vel acquisiti intuitu persone clericis testari pos- sunt, de adquisiti intuitu ecclesie non.

a Gregor. en registr. libr. 12. epistol. 30. & cap. 12. eod. titul. m. 1. compil. b Receipti, prout esse proprium viri nomen. c Alter- reliquise, sed reliquise in nefru antiqu. d impletantur. e Sub Alexander. 11. cap. 1. & Cap. 4. eod. tit. m. 1. compil. f alt. g. Post concil. Lateran. sub. Alexand. III. part. 29. c. 3. & cap. 5. eod. tit. m. 1. compil.